Dod: do Działu I. Papiery Sufczyńskich, Teka IIIa, Nr 57.

Dpl. 62

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ Czerniechoviæque. —

KSIĘGOZBIÓR ŁAŃCUCHOWSKI N.º

BIBLIOTEKA K.U.L. UNIWERSYTECKA

No 41. 3. CZER. ZŁOT. AMPLD. Tm.:

Magnificis Josepho Komorowski Belzensi, Joanni Mier Livoniæ Castellanis. Generosis Antonio Węgleński Capitaneo Helmensi. Adalberto Suchodolski Helmensi, Onuphrio Węgleński Crasnostaviensi Vexilliferis, Josepho Wereszczyński Helmensi, Andreæ Koźmian Lublinensi Judicibus Terrestribus, Josepho Calasantio Swirski Dapifero Helmensi, Carolo Węgleński Pocillatori Crasnostaviensi, Nicolao Trzciński Subjudici Terrestri Lublinensi, Zaleski Barecensi, Ignatio Gintoft Krasninensi, Cajetano Łopuski Rudzinensi, Rokicki Chotecensi Capitaneis, Ignatio Kulikowski Ensifero Helmensi, Valentino Suchodolski Generali Adjutanti Nostro, Josepho Łyszewski Rothmagistro Cavaleriæ Nationalis, Skorzewski, Jacobo Chrusćikowski, Josepho Jezierski, Camerarijs Terrestribus, Jacobo Czaykowski Vice-Gerenti Castrensi, Lublinensibus: Xaverio Suchodolski, Joanni Suchodolski Vexilliferis Cavaleriæ Nationalis Exercitus Regni Nostri, Adalberto Swirski Vexilliferida Crasnostaviensi, Dominico Bonięcki Subjudicida, Adalberto Bielski Subdapiferida, Lublinensibus. Antonio Kniewski, Paulo Bielski, Thomæ Dederko, Lucæ Szklinski. Sincere et fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Magnifici et Generosi sincere et fideliter Nobis dilecti. Rescripto Nostro sub die 10. Mensis Maij Anno 1785 ex Cancellaria Regni emanato, designavimus Commissionem Graniticalem ad dislimitanda Bona Nostra Regalia Dypultycze Ładzkie, Possessioni Gnosorum Josephi Suffczyński anteacti Excubiarum Regni Præfecti et Annæ de Zakrzewskie Conjugum, tum Magci Michaëlis Suffczyński Ex-Castellani Cernensis subjecta, a Bonis Terrestribus Uher cum attinentijs Ruskie Dypultycze ac alijs eo pertinentibus, Rndi in Xto Patris Francisci Bledzki Eppi Cambisopolitanensis ante-hac, ad præsens vero Gnosi Petri Radziminski Camerarij Nostri hæreditarijs, ibidemque certos Commissarios Nros delegavimus. Cum vero præmeminata Commissio partim ob subsecutam mortem aliquorum, partim ob legalia impedimenta nonnullorum, effectum suum sortita non sit. Proinde Supplicatum Nobis est per certos Consiliarios Nostros lateri Nostro assidentes nomine et pro parte supradictorum Gnosorum Suffczyńskie Conjugum et Mgci

Suffczynski

41.

Sub Castro Chelmensi Fra 3tia post Dominicam Jubilate proxa videlt die 16. Aprilis 1700. Anno Rescripti præsentis intercessit Oblata.

Testor Alexander Dąbrowski

Vicechelm.

Suffczyński Castellani Cernensis, Bonorum Nrorum Regalium Dypultycze Ładzkie Possessorum, ut Sinceritates et Fidelitates Vestras /: ad superadditos jam Rescripto Nostro sub die 1. Mensis et Anni currentium pro parte Bonorum Terrestrium Uher cum attinentijs Dypultycze Ruskie ac alijs Terrestribus Commissarios :/ pro Commissarijs quoque hac in Causa ad delimitanda Bona eadem superaddere et deputare dignaremur; prout praesentibus Literis Nostris superaddimus, et deputamus. Committendo Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris, ut junctim cum Magnificis ac Generosis Commissarijs antelato Rescripto Nostro designatis, et seorsivo nuperrimè emanato superadditis, eandem Causam Granitialem inter Bona suprascripta intercedentem juxta Regulam in praerecensito primitivo Rescripto Nostro praescriptam pro jure et Justitia dijudicent, et definiant. Facturae sunt praemissa Sinceritates et Fidelitates Vestrae pro Gratia Nostra Regia et Officiorum suorum debito. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die XXX. Mensis Januarij Ao. Dni. MDCCLXXXVIII Regni verò Nri XXIV. Ao.

Stanislaus Augustus Rex

Nicolaus Sikorski Sae. Rae. Mtis. et Sigilli Minoris Regni pto. Secretarius

Rescriptum additionis Commissariorum in Causa delimitationis Bonorum Dypultycze Ładzkie Regalium à Bonis Uher cum attinentijs Dypultycze Ruskie ac alijs Terrestribus.

Pro Cancellariatu
Illrmi Excellmi et Rsmi Domini
Mathiae Gregorii in Cadow Poray
Garnysz
Episcopi Helmensis Abbatis
Commendatarij Landensis
ProCancellarij Rni.

Sigillatum
est in Actis.

BIBLIOTEKA
K.U.L.

UNIWERSYTECKA